



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis  
Expositio**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Quo jure introductum est Impedimentum Criminis? parag. 5.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40132**

ceptario re vera afferit, causatque impedimentum matrimonii, quod incommodum est, & detrimentum. Coninch a putat, valere, quia sumus (ait) in favorabilibus, illud enim matrimonium apprehenditur ab illis adulteris, ut bonum. Quoniam vero utraque sententia est probabilis, rationes utrinque adductae a-

diss. 2 n. 9. pud earum Doctores videantur.

§. Reboll. I. 8. Si ex circumstantiis colligatur, illud silentium esse potius contemptum, quam acceptationem, certum est, non sufficere, non effe tunc iudicandum, adesse acceptationem, ut non judicatur (inquit in simili Delug. l.c.) si, dicente Scurra puella Regiae, Tibi promitto matrimonium, puella taceat: tunc enim silentium illud contemptum significat, non consensum.

Ex dictis vides, aduferium solum sine alia promissione, vel promissionem solam (qua certe est peccatum & grave) sine adulterio non esse impedimentum dirimens, ut recte monet ibidem Aversa.

9. Ex dictis sequentem casum decidamus. Titius, & Catharina bona fide putantes Titii uxorem obiisse, sibi invicem promiserunt matrimonium, deinde cognoverunt eam vivere, & nihilominus commiserunt adulterium, incurrerunt ne impedimentum, de quo loquimur?

10. Respondeo; Incurrerant sicut Aversa, & in simili Perez d) quia jam adfunt illa duo, quæ ad pariendum hoc impedimentum requiruntur, nempe promissio & adulterium. Et quamvis ex Jure supra dixerimus. Adulterium debere esse formale, hoc est cognitum, utrale, tamen non invenitur in Jure, quod promissio debeat esse cum notitia, quod, propter viventem conjugem, fieri illa promissio non possit.

11. Hac illi, à quibus dissentire me cogit distinctione & hic adhibenda. Si Titius, & Catharina adulterium post cognitionem vitae Beritæ committunt ex vi promissionis factæ, seu ex confidentia, quod erant, (vel ita loquar) sponsi cum specie viri matrimonii, sanè tunc assentior impedimentum consergere, quia sic persistit promissio & quidem sub mala fide, quæ ante erat sub bona. At vero, si cognita Beritæ vita, apprehenderint Titius, & Catharina, promissionem illam jam evanuisse, quia inter ipsos matrimonium intercedere amplius non potest, committantque deinde

adulterium abstrahendo ab illa promissione, impedimentum non continhent, quia sic adulterium non est conjunctum cum promissione, siquidem in illa jam, ut dictum est, in hoc posteriore casu, amplius non persistit.

## §. IV.

## Quartum Crimen.

Adulterium conjunctum cum matrimonio  
attentato.

I. **S**i Titius vir Beritæ per Matrimonium, etiam tantummodo ratum, committat cum Catharina adulterium, & insuper iidem id est Titius, & Catharina attentent contrahere matrimonium per verba de praesenti, statim enascerit inter ipsos impedimentum dirimens: attentent (dixi) nam vivente conjugi, verum nunquam erit cum alio matrimonium. Neque mirum est, in hoc casu enasceri dictum impedimentum: si enim illud, ex sola promissione matrimonii cum adulterio, consergit, multo magis ex consensu praesenti.

Nihil præterea hic notandum occurrit, quod ex proximè dictis colligi non possit.

Quo Iure inducitum est impedimentum  
Criminis?

I. **S**ane Jure Ecclesiastico, ut pater ex Texibus iuditio hujus Cap. allatis. Verum in istui hunc paragraphum, ut notarem duo.

Primum, Cum Infideles, non subjaceant legibus Ecclesiasticis, ideo sit, ut, si duo ex ipsis committant predicta crimina, non futurum sit invalidum eorum matrimonium ex hoc Capite, ut re ipsa invalidum non fuit matrimonium David cum Bersabæa. Adulteria, post Uriæ mortem, ab eodem David interfecti.

2. Secundum. Quid si aliquod ex predictis criminiis committatur ab altero, qui sit Christianus, altero existente Infidelis?

Respondeo, Sane tunc redundaret impedimentum dirimans inter ipsum nam ad contrahendum invalidum matrimonium sat, superque est, ut alter ex contrahentibus impedimento alligeret. **Quemadmodū**

Pp. 3. con-

contingit in impedimento solemnis Voti, vel  
Ordinis Sacri, quod, quamvis in altero dum-  
taxat inveniatur, iuritum tamen reddit ma-  
trimonium. Sunt nihilominus in casu nostro

- a Sanc. l. 7 aliquot exceptiones, quas admittit Sanchez, a  
matr. d. reiicit vero Averfa, b quaque, si tempus tibi  
78. n. 3. supererit, & curiositas moverit, vel necessitas  
b Averfa decidendi urgeat, apud ipsos lege, rarissime  
de matr. q. enim evenire solent.  
18. fed. 5.

## CAPUT VII.

## Impedimentum Sextum.

## Cultus disparitas.

**I**ntra personam baptizatam, & non  
baptizatam, quamvis Cathecumenam,  
invalidè initur Matrimonium, quod  
significamus, cum disparitatem cultus esse  
afflerimus impedimentum dirimens. Id au-  
tem est inductum Jure Ecclesiastico propter  
periculum, quod subiret proles nascitura  
pravae educationis. Quod quidem pericu-  
lum notat, Matrimonium inter Fidelem, &  
Infidelem illicitum jure natura esse, sed non  
notat esse invalidum, ut minus rectè aliquot  
pauci putant. Locum Juris, in quo hoc  
impedimentum constituitur, non facilè  
invenies; id, quod pluribus disputatum

- c Pont. l. habes apud c Pontium; satis tamen nobis  
7. n. 17. est, asserere, saltem ipsa consuetudine; &  
d Infra Tr. usu à Sancta Ecclesia illud fuisse appro-  
7. De ob- batum.

- lig. c. 3. §. 2. Si Infidelitas superveniat Matrimo-  
7. an. 2. nio jam contracto, illud non dirimit, sed  
e Infra Tr. qua ratione possit esse causa divortii infra  
5. de matr. dicar. d

- ad Sacr. c. 3. Infidelem autem. dixi, nam cum ha-  
5. & Tract. retico contractum Matrimonium à Catho-  
7. De ob- lico validum est, quia Hæreticus supponitur  
lig. c. 3. §. baptizatus, erit tamen illicitum, quia regu-  
an. 2. lariter timetur pericula malæ educationis  
f Sanc. l. 7. filiorum, vel perversiōnis alterius conjugis,  
d. 7. Co- quibus tamen in raro casu cœstantibus, posset  
nm. d. 31. Summus Pontifex dispensare. Quæ, &  
dub. 3. an. similia distinctius dicam infra,  
41. Delin- & passim f Doctores.

- go de Fide  
d. 6. 2. qu.  
2. Averfa  
j. c. fed. 2.

\*\*

## CAPUT VIII.

## Impedimentum Septimum.

Vis.

**D**E Impedimento hoc, quod exurgit ex  
Vi, Coactione, Metu, dicemus com-  
modius g non multo post.

## CAPUT IX.

## Impedimentum Octavum.

Ordo Sacer.

**O**Rdinem Sacrum, hoc est Subdiaconatu-  
s, Diaconatus, & Sacerdotium esse  
in Ecclesia Latina impedimentum  
dirimens Matrimonium, ex ita certum ut sit

- h Tridentino de Fide.  
2. Adde insuper, si ordinatus quis in Sa- 24. de  
cris audeat Matrimonium contrahere, inci- marr. 6.3.  
dere in excommunicationem latæ sententiae  
ut i infra dicemus, & incidere in irregulari- i Infra ha-  
tatem Bigamia similitudinariæ. ut explica- ede nr. 1.  
bimus, cum de Irregularitate, & denique post e. 17. §. 4.  
sententiam incidere in privationem benefi-  
ciorum, ut habetur in Jure. k

7. Inquires. In Ecclesia Græca, seu Orienti- cernimus  
tali, si ordinatus in Sacris ducat uxorem, vali- diff. 2.  
dene ducat? Nam licet Græcis jam uxoratis  
antea concedatur postea, Ordines Sacros, non  
vero Episcopatum, validè suscipere, & illos  
in Matrimonio exercere; tamen non conce-  
ditur Matrimonio conjungi eos, qui Sacris  
Ordinibus sunt insigniti: nam propterea  
queritur, an sit ipsis Ordo Sacer impedimen-  
tum dirimens, ita, ut, si Græcus Sacerdos uxo-  
rem ducat, non illicite modo, sed invalidè  
ducatur?

4. Respondeo, Invalidè dicit Azor l, vali- 1 Azor. T.  
dè Arcadius, m cui fortasse magis habebit si 1. tr. 13.  
dem Lector, utpote viro docto ex Græcis, & 14. q. 7.  
in suis ritibus peritiori, quam Azor. Ipsum in Arradi-  
adi.

5. Multa hic essent superaddenda, nisi alibi 7. c. 42.  
de iis sufficenter dixisset, nam propterea hic n. In Methodo  
indicare loca satis erit. Quodnam Sacilegiū Conf. L.  
committat Sacro Ordine initiatus, si contia c. 7. 3. 1.  
Castitatem petcat, dixi in Methodo. n 4. Q. §. 1.  
Quid